

EPISCOPATUS ORDINIS PRAEMONSTRATENSIS

(Prosecutio)

Alexander Vaus, episcopus Cathanen., per Martinum V. promotus in episcopum *Candidae Casae* 4 dec. 1422, resignavit 1450.

G. 239; Eu., I, 168 (Mart. V., Arm. XII., 121, p. 155 et II. 130; Goov. IV, 14.

4. *Alexius*, can. S. Mariae Magdeb. (iam c. 1160), dein praepositus in Rode, c. 1182 ab imperatore nominatus episcopus *Lubicensis* (Lübeck), sed a capitulo non acceptus, dein 18. episcopus *Brandeburgen.* 5. ep., o. Praem. (iam 1190?), affuit qua talis 21. julii (festo S. Praxedis) benedictioni Witekindi, abbatis Corbeiensis, et obiit 1192.

G., 262; Goov., III, 205; Hauck, IV, 971; Kreusch, 116 (1190-1192); Winter, 66.

5. *Almaricus* (etiam *Emelricus*), canonicus Floreffiensis, non confundendus cum Almerico (Amelric), 2. abbate Floreffienti (1132-1134). Almaricus canonicus a S. Norberto a. 1131, uti provisor in neoerectam canoniam Gratiae Dei (Gottesgnaden) in Saxonia vocatus, c. 1133 revertit Floreffiam abiitque cum premissu superiorum in Terram Sanctam, ubi c. 1135 abbas fuit apud S. Abacuc (etiam S. Joseph de Arimathea prope Jerusalem) et probabiliter Henricum Zdik (v. h.) episcopum suscepit in Ordinem. A. 1152 episcopus in Sydon (Saida, Phoenia) factus, obiit c. 1175 (iuxta Hugo, A. P., I. 119 a. 1163).

Waghenare et Ign. van Spilbeeck, p. 15, ad 11. febr. (episcopus Sidoniorum ab a. 1154); Wilhelmi Tyrens., *Hist. Orient.* lib. 17, cap. 26 (ed. Migne, t. 201, c. 701). V. Barbier, *Histoire de l'abbaye de Floreffe*, 2. ed. (Namur, 1891) I, 34; *Mon. hist. Germ.*, SS., VI, 460 et XX, 683; Mülverstedt, *Regesta archiep. Magdeburg.*, n. 1051 et 1890; Hugo, A. P., I, 77, 119 et 765 (confundit eum cum abbate Floreffienti); Kraszewski, I, in praefat.; Lienhart, *Eph.*, 32 et 205 (nihil de episcopo); Winter, 58 et 113; Hertel, *Der hl. Norbert*, 171, 173, 176, et *Gesch. des Kl. U. L. F. zu Magdeburg*, 57; Brunner, 729; *Bulletin de la Commission royale d'histoire de Belgique*, série V, t. VIII, n. 5 (Dom U. Berlière

O. S. B., *Le Catalogus abbatum Florensiensis de Pierre de Hérentals*), p. 8 (Bruxelles, 1888) facit abbatem Almaricum episcopum Sidonensem.

6. *Amandus Carolus van Uytven*, can. Tongerloënsis, n. in Geel 25. apr. 1880, vest. 15. oct. 1898, prof. 15. oct. 1900, sacerdos 28. dec. 1903, missionarius in Uele (Congo belge) 10. mart. 1904, superior in Buta (fund. 1. maii 1910), ord. reg. Leonis eques, a S. Sede. 6. maii 1924 per breve nominatus primus vicarius apost. in *Uele occidentali* et per bullam 25. aprilis episc. tit. de *Megara*, consecratus Tongerloae 11. sept. 1924 ab episc. Namurcensi Dr. Heylen, o. Praem., assistentibus Mgr. De Wachter, episcopo aux. Mechliniensi et Mgr. Ludolpho Brems, o. Praem., episcopo in Dania. Episcopus o. Praem. novissimus.

Analecta Praem., t. I. (1925), Catal. . O. Praem. circ. Brabant, 1928, p. 59.

7. *Andreas*, 13. episcopus *Burgilaviensis*, 1345, 1352, † 1354.

G., 329; Eu., I, 157; Goov., IV, 19.

Andreas Durie, ultimus episcopus *Candidae Casae* catholicus, a 22. aug. 1541 usque ad mortem suam m. septembri 1558, in quo episcopatus cessat. Erat autem o. Cist., iam 6. maii 1525 abbas in Melros (dioc. Glasguen.).

Brady, I, 159, 199; G. 239; Eu., III, 165; Goov., IV, 14; Keith, 278; Fr. Ross, *The ruined abbeys of Britain* (London s. a.) 57; Walcott, 226; Willi, 29.

8. *Andreas Lemoine* (Le Moine, Monachus), n. in Crécy, canonicus (minime vero abbas) Domni Martini, dioc. Ambianensis, tandem (1304) in Lisca (Licques), dioc. Morinensis, die 19. febr. 1304 post Petrum de Fossines, ad ecclesiam Arelatensem translatus, sub Bonifacio VIII. creatus episcopus *Noviomensis*, † 29. apr. 1315 apud Semipagniacum prope Noviomum. Fuit germanus frater Johannis, cardinalis presb. tit. Ss. Marcellini et Petri, episcopi Meldensis († 1313), Bonifacio VIII. familiaris, vicecancellarii (1302-1304), donavitque monasterio Domni Martini 200 libras Paris. ac diversa ornamenta ecclesiastica. — *Gall. Chr.*, X, 1350 dubitat, an fuerit o. Praem. "cum in obituario desit, in epitaphio vero dicitur Dominus, et non Frater".

G., 590; Eu., I, 442; Goov., IV, 150; Hugo, *A. P.*, I, 626; *Gallia Christ.*, IX, 1012, et X, 1350; Lienhart, *Spir.*, 42; Alb. de Calonne, *Histoire des abbayes de Dommartin et de S. André-au-Bois*. (Arras, 1875). p. 42 et passim. — André Lemoine portait en ses armoiries: "d'argent à 3 clous de sable, au chef d'azur bandé d'or de 3 pièces", — allusion à la profession de son père (maréchal-ferrant) et au lieu de sa naissance situé en Ponthieu (Goov., l. c.).

9. *Anselmus* (Anselinus) de Havelberg, *secundus* o. Praem. episcopus, theologus sui temporis celeberrimus, scriptor ecclesiasticus. E Lotharingia vel a Rheno oriundus, scholaris Laudunensis, S. Norberto optime notus atque amicus, ab eo (e Praemonstrato ?) Magdeburgum vocatus, ibidemque post februarium et ante 29. junii 1129, post longiorem igitur vacantiam (Gumpertus, episcopus † 1125) consecratus 10. episcopus *Havelbergensis*, in qua diœcesi ordo Praem. in capitulo Havelbergensi ipso (1144), deinde sub eo in praeposituris Jerichow (1144), tandem in Broda (1170) sedem fixit. In aula Pontificis et Imperatoris valde aestimatus, bina vice (1136 et 1154) Constantinopolim iter fecit et a. 1155 post mortem Guidonis, ad instantiam Friderici Imp. a clero populoque archiepiscopus *Ravennatensis* sub titulo *exarchae* electus, die coronationis ejusdem Imperatoris Romae (18. jun.) ab Hadriano IV. pallium accepit. Obiit in castris ante Mediolanum 12. aug. 1158, sepultus Ravennae (lapis sepulchr. cf. Strerath, 26). Opera ejus edidit Lucas Dacherius in T. XIII (t. 161 novae edit.) *Spicilegii* sui et Migne, *Patr. Lat.*, t. 188, c. 1095-1119 et 1119-1159. Hefele opinatur Anselmum fuisse Alberti marchionis fratrem (Kirchenlexikon, I, 898). Alii filium Alberti, alii porro e domo marchionali Stadensi ortum fratremque Henrici II. marchionis fuisse affirmant. Ast neque de ortu, neque de adolescentia vel de scholis, ubi Anselmus ad litterarum artiumque ingenuarum scientiam se excoluerit, neque de muneribus ecclesiasticis, quibus initio praefuerit, nec minus de primis pontificatus ejus annis certum quidquam proponi potest (cf. Strerath, p. 3-4). Certum est autem, Anselmum per omnem vitam suam intima atque in dies crescente amicitia Wibaldi, abbatis Stabulensis, usum esse, qui in epistola sua ad Bernhardum, Hildesiae episcopum (a. 1130 electum) affirmat: "sese a juventute summa dilectione cum Anselmo conjunctum fuisse" (Martène et Durand, *Veterum script. et monum. amplissima collectio*, I, 309, ep. 131); Wibaldus autem juvenis in monasterio Stabulensi et in majore schola Leodiensi litteris imbutus erat. Anselmus erat, qui Havelbergensem ecclesiam aedificare incepit.

G., 280; Goov., I, 22; III, 13; IV, 12; Winter, 56, 299 et passim; Cas. Oudin (1732), *Suppl. de scriptoribus*, 424 et *Commentar. de scriptoribus*, II, 1428; Hugo, A. P., I, 802; Pez Bernh. O. S. B., *Thesaurus anecd. noviss.*, t. IV, P. II, 73 et 102 (male nominat Anselmum loco Arnonis); Duellius R., *Miscell. ex cod. mscr.* Lib. I (Aug. Vindelic., 1723); Rohrbacher, *Hist. univ. de l'Eglise cath.* (Liège, 1875) t. 15, p. 463; Dr. C. W. Spieker, *Leben und Wirken des Bischofes Anselm von Havelberg* (Leipzig, 1840); Zeitschrift für Theologie (Dillingen, 1840); X, 1-94; Riedel Ad. Fried., Dr. in Ledeber, *Archiv*, VIII,

97-136 et 235-267 necnon in *Cod. dipl. Brandenb.*, I Pars, II, 391-400; Hauck IV, 444, 971 et passim; Lienhart, *Spir.*, II, 85; Strerath Jac., *De Anselmo Havelbergensi-dissert.* (Münster, 1854); Jos. Schmidt, *Des Basilii aus Achrida unedierte Dialoge* (München, 1901); Ludewig, *Reliquiae in univers. medit. aevi*, t. VIII (Francofordi et Lipsiae, 1727), p. 263 sq. (Anonymi Catalogus Havelbergensium episcoporum); Bernhardi, *Lothar*, passim; Waghenare, 281; *Zeitschrift für Kirchengeschichte*, V, 144 (1882); *Litterae Anselmi ad Egbertum et aliae* ap. Amort. *Vetus disc. canon.* (Venetiis, 1847) II, 1048-65; *Ad Wibaldum, abbatem Corbejanum* ap. Martène, Jaffé et Winter (1151). — Goov., I, 320 indicat manuscr. "Anselmi de Havelberg, o. Praem". auctore Ign. van Spilbeeck; Kreusch, 134; Hertel, *Der hl. Norbert*, passim et *Geschichte des Klosters U. L. J. zu Magdeburg*, 57, 63-64; Brunner, 731 et 736; Th. Becker, 16. Juxta Riedel, 265-266 sepulchrali lapidi ejus verba incisa erant: "Anselmus servus servorum Dei divina gratia Sanctae Ravennatensis ecclesiae archiepiscopus et ejusdem civitatis exarchus" (Strerath, 26); *Kirchen- und Reformationsgesch. der Mark Brandenburg* (Berlin, 1839) I. tom. 1. p. 8. cap; Winter, († 1879) in *Zeitschrift für Kirchengeschichte*, t. V, 138-155; Fr. Dombrowski, *A. von H.*, dissert. (Königsberg, 1880); Dräcke, *Bischof A. von H. und seine Gesandtschaftsreisen nach Byzanz* (*Zeitschrift für Kirchengesch.*, XXI, 160, n. 1, 160-185); Deutsch, *Protest. Realencykl.*, ed. III; Prutz, A. von, *Deutsche Biographie*; U. Berlière, O. S. B., *Dictionnaire de theol. cath.* (Paris, 1903) I, c. 1360-1361; Giesebrecht, *Geschichte der deutschen Kaiserzeit. Jahrbücher der deutschen Geschichte*; Ph. Jaffé, *Bibl. rer. Germ.*, I. Mon. Corbeien, u. 158, 221, 121, 122, 159 et 211; Jaffé, *Bibl.* III, 567, n. 1; Wattenbach, *Deutschlands G. Q.*, ed. 4, II, 170, n. 3; Schröckh, *Kirch. Gesch.*, t. 29, p. 383 sq.; Hans Lauerer, *Die theologischen Anschauungen des Bischofs A. von H.*, Dissert. (Erlangen, 1911).

10. *Antonius Rodriguez de Orellana*, o. Praem., Hispanus, 9. sept. 1805 episc. in *Cordova de Tucumam* (Argentina), 21. dec. 1818 transit ad *Avila*, † 29 julii 1822.

G., 10 et 145; Goov., I, 639 et III, 164.

11. *Arnaldus I.* (Arnoldus), o. Praem., ep. *Cauriensis* (Coria in Hispania) el. 1176, † 15. oct. 1224?

G., 29; Lienhart, *Spir.* 42 (= Carausiensis); *Eph. Hag.* ad 16 apr. (= professus S. Martini Laudun. ?); Hugo, *A. P.*, I, in Praef.; Goov. IV, 13.

Arnoldus Raimundus, vicecomes de Tarbes, abbas Duviellae, el. episcopus *Auxitanus* (d'Aix) in Gallia 1234, videtur non fuisse consecratus.

Hugo, *A. P.*, I, 599.

12. *Arnoldus*, 20. (21.) episcopus *Havelbergensis*, sedet 23. jun. 1304, dicitur consecratus 1305 a Burchardo, archiepiscopo Magdeburgensi (J. P. Ludewig, *Rel. manuscr. med. aevi*, VIII, 276) et obiit Viennae in Gallia apud Sedem apostolicam ante 10. maii 1312.

G. 280-281 ; Eu. 282 ; Tosti-Palmieri, Reg. Clem. V, anni VII, n. 8175, appendix, I, 243, n. 206 ; Riedel, II, 406 et XXI, 109 ; Kreusch, 158.

**Arnoldus*, 4. episc. *Seloniensis* (Semgallen), occ. 31. jul. 1246, resign. decembri 1247. Annon o. Praem. ?

Berger, Reg. Innoc. IV, t. I, 526, n. 3502 ; Hauck, IV, 974.

13. *Arnoldus de Burgsdorf*, 40. episcopus *Brandenburg*. 1472-1485.

G. 262 ; Ev., 123 ; Goov., III, 205, Kreusch, 147.

Fr. Augustinus Benkovics, ex Generali, o. S. Pauli Erem. in Hungaria episcopus *Magno-Varadini* 1682, ab a. 1683 simul praepositus in Lelesz. Non pertinet quidem ad ordinem Praem., sed notatu dignus est, quia a. 1699 praeposituram suam sponte resignavit ordini Praem. jure postliminio reposito ; obiit 7. mart. 1700. (G. ; † 28. oct. 1702. Lelesz transiit 1699 in possessionem canonicae *Pernecensis* (Austriae infer.).

G. 835 ; Brunner, 183 et 189 ; Schemat. Jászov. (1891) 54 ; Zák, *Das Chorherrenstift Pernegg* (Wien, 1901) 148, 165 ; Hugo, A. P., II, 539 ; fuxhoffer-Czinár, *Monast. regni Hungar.* (Strigonii, 1859) 41.

14. *Augustinus de Bonifaz*, Theol. Dr., rector collegii in Salamanca (1591-1592), abbas B. Mariae de la Vid (1597-1599), † 1599 uti episcopus electus *Tarraconensis*. Possessionem autem cathedrae mors ejus praevenit.

Hugo, A. P., II, 1137 ; Goov., I, 70.

15. *Balderamus* (Baldramus, Balderam), 17. episcopus *Brandenburg*, ibidem quartus ex o. Praem., nominatur "electus", uti testis 9. oct. 1180 (Cod. dipl. Saxon. regiae, II, 305) et 28. julii 1181 jam ut episcopus, qui adhuc 23. junii 1190 uti testis subscribit (Cod. dipl. Anhalt. I, 492, nr. 671).

G., 262 (1180 — † medio a. 1190) ; Gercken, 96-99 ; Goov., III, 205 et IV, 15 ; Hauck, IV, 970 († nach 23. jun. 1190). — A. 1161-1179 occurrit Balderamus praepositus S. Mariae Magdeburgen., o. Praem., (Dr. Hertel, *Urkundenbuch*, passim), qui mihi idem, uti supradictus episcopus, fuisse videtur ; Kreusch, 116 ; Winter, 68.

16. *Baldwinus* (Baldewin), 20. episcopus *Brandenburg*, 7. ex o. Praem., 1205, † brevi post 16. nov. 1216.

G., 262 et Eu. I, 149 ; 5. oct. 1207-31 maii 1217. — Cf. autem Reg. archiepp. Magdeb., III, 588, nr. 338 ; Curschmann, *Die Diözese Brandenburg* (Leipzig, 1906) 369 et Hauck, IV, 971. — Baldewinus quidam canonicus S. Mariae Magdeb.

testis 13 sept. 1159 (*Cod. dipl. Saxon. Reg.*, II, 198); annon idem, uti supradictus episcopus?); Kreusch, 121 (1205-1217).

* *Balduinus de Sinigaglia*, 3. episcopus *Selsoniensis* (Semgallen), nom. 28. jan. 1232 legatus apostolicus, resign. 1236. Sub quo capitulum Seloniense ordini Praem. traditum est (1233). Num ex o. Praem.?

Hauck, IV, 974; Potthast, 8852 sq.; Auvray, n. 758 sq.

Bartholomeus de Joux (de Jura), 45. episcopus *Laudunensis*, f. Paschae 1113, resign. 1151 et obiit in habitu o. Cist. in abbazia Fusiensi (Foigni), a. 1121 ab ipso condita, die 26. Junii (Martyr. Cist.) 1157. Dies obitus ejus in Necr. Praem., Parcensi, Floreffensi, Rommersdorf., Heylissem, 14. Julii, in Grimbergensi 12., Averbodiensi 6. Julii in necr. Bonae Spei 30. Junii. — Illustrissimus ille vir, natus c. 1080 uti filius Falconis de Joux, domini de La Sarraz (Vaud), non pertinet ad o. Praem., est autem memoratu dignus, quod fundator factus est archicœnobii Praemonstratensis in sua diœcesi, necnon plurimum monasteriorum ordinis Praem. et aliorum fautor et benefactor maximus (sic e. g. etiam abbacie Lacujurensis in Helvetia). Minus recte "de Vir" nominatus.

Cfr. Willi, 34 (cum literatura); A. de Florival, *Etude hist. sur le XII^e siècle. Barth. de Vir, évêque de Laon*. Paris, 1877; Ch. Taiée, *Prémontré*. Laon, 1872; Le Paige et Hugo, *A. P.*, (passim); Hugo, *La vie*, 51, 71; Miraeus, 17; G. 559; Lienhart, *Spir.*, I, 32; Hertel, *Der hl. Norbert* (passim); Dr. J. Jordan, *L'abbaye prémontrée d'Humilimont*, dans *Archives de la société d'histoire du canton de Fribourg*, t. XII, 2^e livraison, p. 359. Fribourg, 1926.

17. *Benedictus Garret* (item Carret), can. Bellipodii de las Avelanas (Belpuig), concionator Caroli II. et Philippi V. regum Hispaniae, iam 1711 episcopus in *Nicaragua*, † 7. oct. 1716.

G. 157; Kraszewski, II, 354; † 1718; Goov. I, 293 et IV, 83; Hugo, *A. P.*, I, 286.

* *Benedictus Kisdy*, episcopus *Agriensis* 2 Febr. 1648 simulque praepositus Jászoviae, ubi residebat et † 22 junii 1660. Erat autem presbyter saecularis et non pertinet ad Ordinem. Fundator universitatis Cassoviensis.

G., 368; Schemat Jászóv (1891) 27; Brunner, 178.

18. *Benedictus Korniss* de Göncz-Ruszka, e familia christianis virtutibus et gestis bellicis illustri oriundus, primo canonicus cathedralis Váciensis et praepositus commendatarius Leleszensis 1500 evasit, deinde assumpto habitu candido et facta professione prae-

positus S. Crucis in Lelesz factus 1500, simul a 29. oct. 1512 episcopus auxiliarius *Magno Varadini* cum titulo episcopi *Drivastensis* in Epiro (suffr. Antivarensis) consecratus, obiit 1518.

G. 406; Eu., III, 204 (Ben. Cornii, perperam: praep. de Lulay); schem. Jászóv (1891), 49; Goov., IV, 126; Brunner, 187; Fuxhoffer-Czinár, *Monast. regni Hug.*, p. 40. Strigonii, 1859.

Bernardinus Lopez, can. Hispanus S. Mariae de la Vid, doctor et professore theol., a. 1600-1603 et 1609-1612 abbas Vitensis, 1605-1608 et 1618-1621 abbas Retortae ac reformatore generalis, 1612-1615 abbas S. Norberti Madritensis. A. 1609 episcopatum *Mindonensem* (Mondonedo) in Galicia votis capitularium sibi oblatum renuntiavit.

Hugo, A. P., II, 380, 664, 1137; Lienhart, *Spir.* 44; Goov., II, 534.

19. *Bernardus Conde y Corral*, n. 10. aug. 1814 in diocesi Calahorra, 1830 professus abbatiae S. Mariae de Buxeto (dioc. Burgen-sis), auditor theologiae in Aguilar tonsura et minoribus ordinibus initiatus, 1835 saecularizatus, evasit deinde canonicus et curatus eccl. cathedr. *Placenciae*, 21. dec. 1857 episcopus ibidem, 16. mart. 1863 translatus ad sedem *Zamorensis*, ubi 31. mart. 1800 obiit, praelatus domesticus S. S. assistens throni, eques Isabellae Cath., etc. In itinere suo ad concilium oecumenicum Vaticanum degit 19.-22. nov. 1869 in abbacia Ferigoletensi, o. Praem., et 24. nov. praeses fuit vestitionis Virginum Norbertinarum, tunc modo provisorio apud moniales de Trappa in monasterio Maubec degentium.

Goov. 138; Canron A., *Essai historique sur l'abbaye de S. Michel*, p. 170 et 192 (1875); Ev. Cassagnavère, o. Praem., *Essai biographique sur le P. Edmond* (Lille, 1889); Cour d'honneur de Marie, Avignon, 1869, p. 904 et 959; Sermo funebr. a. 1880 a P. Renato Berthe pronuntiatus.

Bertholdus (Barthold) *Nihisius* (Nihus, Neuhaus), n. 7. Febr. 1590 in Holtdorf (Hannover) e pauperibus parentibus lutheranis, 1612 Magister theologiae, 1622 Coloniae conversus, dein sacerdos saecularis, rector collegii convertitarum, 1627 praepositus monialium in Althardensleben, o. Cist. (dioc. Magdeburg.), 1629 — sept. 1631 "abbas" in Ilfeld (canonia olim Praem. in dioc. Maguntin.), recte administrator, dein canonicus S. Crucis in Hildesheim, a. 1655 decanus B. Mariae V. in Erfurt et episcopus auxiliarius *Maguntinus* pro Thuringia et Saxonia tit. *Mysiae i. p. i.*, † 10. mart. 1657. Erfordiae. Non pertinet ad ordinem.

Waghenare, 287; Lienhart, *Spir.*, 434; Kirchenlexicon, IX, 393; Goov., I,

994 et 623, IV, 216 ; K. Meyer, *Geschichte des Klosters Ilfeld*, 104-106. Leipzig, 1897 ; Kraszewski, I, 126.

* *Bruno*, episcopus *Herfordiensis* (Hereford in Anglia, prov. Cantuarien.). Absque ullo dato, Hugo, A. P., in Praefatione.

G. et Eu. nihil. Lienhart, *Spir.*, 42 et Ruebner 24.

21. *Burcardus* (Borchard) *I. de Bardeleben* (Bardelene), iam 1326 praepositus et deinde 24. (25.) episcopus *Havelbergensis*, o. Praem., sed. 1341, † 18. jan. (die Prisca) 1348 (lapis sepulcr. Havelberg.).

G. 281 ; Eu. 283 ; Riedel, *Cod de d. Brand.*, II, 409 et 461 ; Kreusch, 138 (1340-1360) ; Th. Becker, 53-54.

21. *Burcardus* (Borchard) *II., comes de Lindau*, 25. (26.) episcopus *Havelbergensis*, sed. 1348 et adhuc 1369, † 1370.

G. 281 ; Eu. 282 ; Riedel, II, 410 ; Kreusch 138 (1360-1370).

22. *Busso I. de Alvensleben*, 4. filius Ludolphi de Alvensleben in Calbe et Hundisburg, occupabatur per plures annos studiis in Italia, theol. Dr., can. Magdeburg., a. 1487 ad instantiam marchionis Brandenburgici a capitulo electus episcopus (32. vel 33.) *Havelbergensis*, confirmatus ab Innocentio VIII. 27. aprilis 1487, a. 1488 synodum celebravit ; obiit 12. oct. 1493 (lapis sepulcr.).

G., 281 ; Eu. II, 180 ; Goov. IV, 7 ; Ludewig, Retig. manuscr. VIII, 329 ; Riedel, II, 419 ; Kreusch, 140 ; Th. Becker, 62.

* *Busso II. de Alvensleben*, canonicus Magdeburgen. (1514) et Halberstadensis, dein praepositus Brandenburg. et 10. nov. 1522 electus 37. et ultimus episcopus *Havelbergensis*, installatus 24. mart. 1523, † 4. maii 1548 in Wittstock, sepultus ibidem in ecclesia paroch. d. 6. maii, in quo episcopatus cessat. Non erat ex Ordine Praem. sed presbyter et episcopus saecularis.

G. 281 ; Eu. III, 224 ; Goov. IV, 8 ; Riedel, II, 423 ; Kreusch, 156, 161 et 168 ; Th. Becker, 72.

23. *Carolus Adalbertus liber baro de Beyer*, n. 29. febr. 1764 Silvae Ducis (Holl.), can. Praem. Hambornensis, ord. 22. maii 1787, Theol. ac Philos. Dr., ab 1790-17. maii 1806 ultimus abbas Hambornae, dein privatam vitam duxit Dusseldorfii, 1. maii 1827 canonicus capit. metrop. *Coloniae* et episcopus *Samariensis i. p. i.* consecratus, archiepiscopi Col. vicarius in pontificalibus, ab a. 1831 praepositus, ordinis aquilae rubrae 2. classis eques. † Coloniae 21. apr. 1842, a. act. 78.

Goov. I, 57; Schürmann, *Altes und Neues vom Niederrhein im besonderen ... über die Praem. Abtei und Pfarrei Hamborn* (Duisburg, 1897), p. 110-114 cum effigie.

24. *Carolus Mac Inlianaig*, ex abbatia S. Trinitatis Longkeae (Lough-Key), Elphinensis diœc. in Hibernia, episcopus *Elphinensis* a Salomone, decano capituli electus, consecratus in Armagh (1308), sed a Clemente V., 22 junii 1310 rejectus, revertit humiliter suam in abbatiam, ubi 1343 obiit.

G. 219; Eu., I, 246; Tosti-Palmieri, *Reg. Clem.*, V anni 5, n. 5483 (Reg. Vatic. LVII, cap. 352, f. 99 b); Goov., IV, 181; Geudens, 46 (Mak Julianaig).

Carolus Philippus de Rodoan, olim abbas O. S. Ben. in Enham (Flandria) nominatus episcopus et administrator *Middelburgensis*, consecr. 8. oct. 1600; a. 1602 translatus ad cathedram *Brugensem* retento titulo administratoris *Middelburgensis*, † 7. julii 1617, in quo episcopatus *Middelburgensis* cessat. Ut per se patet, non pertinebat ad o. Praem.

Acta SS., Jun. t. I, 979; G. 254.

25. *Casparus Linde*, pius ac pacificus decanus capituli Rigen., archiepiscopus *Rigae* 23. maii 1509, non poterat intrusionem confessionis lutheranae in Riga, Reval, Dorpat etc. impedire, obiitque 29. junii 1524, quo senescente iam 11. maii 1523 Johannes VIII de Blankenfeld, ep. Rival. ex Tarbat, coadjutor ejus c. j. succ. electus est et † 9. Sept. 1527. Cfr. appendicem.

26. *Caynus* (Cayn, Kajím), ut asserunt Premyslidicae gentis, canonicus Strahoviensis, procurante Conrado, marchione Moraviae, electionem ipsius, canonice in 12. episcopum *Olomucensem* electus est post 2. martii 1184, † 1194. Gerlacus, abbas et annalista, o. Praem. nihil refert de connexu ejus cum ordine, valde autem vituperat episcopum, qui 18. dec. 1193 Pragae clericos absque impositione manus ordinavit (MGH., SS., XVII, 707). Ab aliis uti homo humilis, pius et modestus laudatur et beatis adnumeratur.

G. 297; Eu. II, 228; Hauck, IV, 955; Dudík, IV, 120; Waghenare, 204; Cermák, 13; Friedenfels, 330; Van der Sterre, nihil; Lienhart, *Ephem.*, 14, ad. 12. jan. et *Spir.* 38; Hein, 12-13; Miraeus, 61; Zák, *Linzer Theol. prakt. Quartal-schrift*, 1903, p. 226-227; Ign. van Spilbeeck, 4 (ad. 12. jan.); Hugo, *A. P.*, II, 452; Kraszewski, II, 254; Albrecht, 61; Brunner, 552; Grandauer, *Die Jahrbücher von Vincenz und Gerlach*, 149-150. Leipzig, 1884; Palacky, I, 263, 464; Zák, *De b. Henrico Zdík*, 157.

Christianus, ep. *Candidae Casae* 1154, tradidit 1177 suum capitulum cathedrale ordini Praem., quem ibi a Viridi Stagno (Soul-

seat) introduxit, et ipse † c. oct. 1186. Dubium est autem, an etiam episcopus hīc ad ordinem pertinuerit.

Van Waefelghem, *Necr. Prém.* ad 5. aprilis ("Christiani, episcopi Candidae Casae fundatoris"); Hugo, *A. P.*, I, 453; Geudens, 12. et 42; G. 239; Goov. II, 14.

27. *Christianus Cobant* (Coband, Kobant) iam 1399 can. Raceburgensis, o. Praem., 1409 post 16. apr. electus abbas S. Vincentii extra muros Vetislaviae contra Andreā Rugeler, adversus quem per 13 annos litigabat, a. 1411 procurator generalis o. Praem. Romae, oct. 1413 a Petro, abbate et capitulo generali Praemonstrati abbas Vincentinus confirmatus, novembr. 1414 a concilio Constantiensi rejectus, 1419 a Martino V. uti capellanus et commensalis Papae abbatae Vincentinae, tandem 1422. 6. apr. abbatae S. Alexii Romae cum pensione a Vincentinis solvenda praefectus, episcopus *Oseliensis* (Ösel) 1423, 10. aug., unde 1430 expulsus, a. 1431 ab Eugenio IV. provisus est quidem episcopatu *Raceburgensi*, sed capitulum elegit Pardanum, qui post dimidium annum a S. Sede confirmatus est.

Görlich, 98, 111-112; Eu. I, 397; Masch, 320, n. 334.

28. *Christophorus Bord*, abbas B. Mariae V. in Newhouse, dioc. Lincolnien., 1519-1534, episcopus *Sidoniensis* in Phoenicia tit. auxiliarius *Lincoln.* 27. mart. 1533.

Eu. III, 318; Gasquet, III, 67.

29. *Christophorus Martinez* (Gams: de Salas), can. S. Saturnini Methinensis, id e. extra muros oppidi Medina del Campo, dioc. Vallisoletanae, qui domum hanc 1625 e ruinis excitatam instruxit aedificiis, antea rector collegi Salmantici (1612-1615), dein episcopus *Panamensis* in America Media 1625, † ibidem 22. oct. 1649.

G. 158; Hugo, *A. P.*, II, 740; Lienhart, *Spiritus*, 43 et 76 (male ad a. 1615); Goov., I, 574 et IV, 100; Kraszewski, II, 353.

* *Clemens*, episcopus *Salmaticensis* (?).

Lienhart, *Spir.*, 42, nihil autem de fonte dicens.

30. *Concors* (Connor), e can. S. Martini Laudunen. in Gallia episcopus Eveduni (Evectuensis seu Evachduensis, i. e. *Annaghdown* in Hibernia (suffr. Tuamen.) 12. jan. 1251.

Eu. I, 249; Waghenare 203; Hugo, *A. P.*, I, Praef.; Lienhart, *Eph.* 177 (ad 21. junii) et *Spir.* 42 sub titulo beati. — Alius *Concors* (Connor) O'Mealy oc-

currit episcopus apud G. 220 ad 1189-1201; ap. Eu. I, 249: Thomas O' Connor, ep. Elphinen. dein archiepiscopus Tuamen. 1258, † 1279 m. junio.

31. *Conradus*, e can. et priore, jam grandaevus el. episcopus *Raceburgensis* 11. (12.) sedet 24. julii 1284, † 28 julii (aug. ?) 1291, vir senex et bonus.

G. 314; Eu. I, 435; Krantzius, Metropolis L. VIII. c. 44, p. 223; Miraeus, 189; Hugo A. P., II, 603; Lienhart, *Eph.*, 335 (ad 26. nov.) et *Spir.* 37 (perperam a. 1276); Masch 185; Goov., IV, 279; Kreusch, 89; Albrecht, 62; E. I. de Westphalem, *Diplom. Raceburg.*, c. 1983; Rickmann, 10.

32. *Conradus de Lintdorf* (Lintdorp), 30. (31.) episcopus *Havelbergensis*, el. post 17. sept. et adhuc electus nominatur 30. sept. 1427, conf. a Martino V. 29. oct. 1427, a. 1452-1453 multas habuit lites propter S. S. Hostias in Wilsnack, † 1460 (lapis sepulcr.).

G. 281; Eu. II, 180; Riedel, II, 146, 414 et 487; Kreusch, 139 (124 seu 1438-1460); Th. Becker, 57.

33. *Crispinus Fuck* (Fuk, Vogt) de Hradiste, n. Olomucii 1585, can. Strahoviensis, ind. 1604, vix ordinatus, factus est 1609 praepositus Plagae (Schlägl), 1622 in Doxan, 1623 abbas titul. et administrator Milovicensis (Milevsko), 1630 coadjutor abbatis de Quesenberg, 23. julii 1640 ipse abbas Strahoviensis, † 21. (23. ?) aug. 1653. Ut abbas Strahoviensis erat ab a. 1644 simul episcopus auxil. Ernesti Adalberti cardinalis de Harrach *Pragae* sub tit. archiepiscopi *Trapazuntini i. p. i.* usque ad mortem (1653). In hydraulicis eruditus, Ferdinando III. Imperatori valde amabilis fuit, ad varia negotia temperanda ab eo electus est et in statum nobilium sublimatus. — Diebus 26. nov. 1645 et 19. sept. 1648 in canonia Plagensi sacros ordines administravit.

Dies obit. in Necr. Strahov. 21. aug.; Dlabacz, 29. aug.; Emler, *Necr. Doxan*, 28. aug.; Necr. Geras. 23. aug. Idem Lienhart, *Eph.* 243 et *Spir.*, 41; Hugo, II, 566 et 930; Friedenfels, 348 et 422; Frind, 312; Pröll, *Geschichte des Stiftes Schlägl*, 224 et 232. Linz, 1877; Brunner, 574; Weyrauch, 68; Goov. I, 286; *Analecta Praem.*, t. I, 1925, 96 et 110; Cermák, 77, 161 et 352.

34. *Cyprianus*, nobilis Polonus, c. 1280 primus abbas S. Vincentii extra muros Vratislaviens. o. Praem.; jam in Annalibus Gerlaci nominatus (MGH, SS, XII, 700 etc.), a. 1193, apr. 8. episcopus in *Lebus*, translatus 1. mart. 1201 ad sedem *Vratislaviensem*, ubi a. 1206 vel 1207 obiit. Datum obitus ejus plurimum variat. Necr. Praem. et S. Vincentii habet 23. oct.; U. Chevalier, *RHB*, Suppl. 2338: 16. nov. 1207; alias 11. nov. 1206; *Sil. Rerum Scr.*, I, 61.

n. 65 : † 26. nov. 1206 ; G. 264 : † 26. maii ; Eu. I, 567 : † 26. maii 1266. — Unde Cyprianus abbas ad S. Vincentium venerit, non est notum ; probabiliter e monasterio S. Laurentii in Kalisz, quo Benedictini Vincentini migrarunt. Lienhart dicit, Cyprianum ex archicœnobio Praemonstratensi accitum esse, idem jam episcopum in Lebus, simul abbatem mansisse. etc. (?).

G. 264 et 285 ; Eu., I, 567 ; Potthast, I, n. 1460 ; Lienhart, *Eph.* (ad. 5. jun.) 260, et *Spir.* 66 ; Goov. IV, 36 ; Hugo, A. P., II, 1705 ; Grandauer, *Die Jahrbücher von Vinzenz und Gerlach*, 102, 127. Leipzig, 1884) ; G. Crugerius, S. J., *Sacrorum Pulverum*, P. I, 336 (1669) ; W. Wohlbrück, *Geschichte des ehem. Bisthums Lebus*. Berlin, 1823-32 ; Knapinski, 150-196 ; Görlich, 3719 ; Grünhagen, 88 et passim ; Kreusch 111 († 1207) ; Brunner, 763.

Daniel I., episcopus *Pragensis* (1148-1167) minime ad o. Praem. pertinet, uti Otto (1140-1148) vel Johannes (1134-1139) praedecessores ejus.

Hauck, IV, 955 ; Lienhart, *Spir.*, 30 ; Friedenfels, 304 et 309 ; Cermák, 9 ; Frind, 38 ; Brunner, 551.

36. *Daniel II. Milik* (Mika de Milcin ; alias de Talmberg) capellanus aulicus Pragae, ab Ottokaro, I., rege Bohemiae, episcopus 17. *Pragensis*, praeter electionem cleri proclamatus et investitus 1. nov. 1197, cui vero Innocentius III., qui eum 8. apr. 1198 clericum appellat (Potthast, n. 75) confirmationem denegavit, donec eum 5. maii 1202 confirmavit. A. 1198 Daniel, e gratitudine matrimonium Ottokari cum Adelheide Misnensi divortio separavit, ex quo ei longus processus Romae pendebat. Post 17 1/2 annos episcopatus obiit 4. april. 1214. In protestatione cleri *Pragensis* a. 1198 contra regem scriptum est : "Capellanum suum nobis ex tunc incognitum designavit in episcopum, negata omni electione cleri". — Annales Strahovienses et catalogus archid. Praenae expresse nominant Danielelem canonicum Strahoviensem o. Praem.

G. 303 ; Frind, 49 ; Dudík, *Gesch. Mährens*, V, 91. in necrol. Podlaticensis ; Potthast, Pressutti, Palacky, Dr. Friedrich (*Cod. dipl. et epist. Bohemiae*) passim ; MGH, SS, IX, 170. et XVII, 708 ; Friedenfels, 365. — Notandum est, quod hinc vel inde perperam etiam Daniel I. de Lipa, episcopus *Pragensis* (1148-1167), immo etiam antecessores ejus Otto et Johannes ordini Praem. adscribuntur (Lienhart, *Spir.* 40 ; Friedenfels, 308 ; Goov. IV, 38). Hauck, IV, 956 ; Cermák, 10 ; Brunner, 551 ; Grandauer, *Die Jahrbücher von Vinzenz und Gerlach*, 154-156 ; Palacky, I, 276-278, 279, 286).

36. *Daniel Tayspil*, n. in Nieuwkerke, can. S. Augustini Therouanensis in dioc. Morinensi, 1. Sept. 1516 episcopus titularis *Gebeledensis* (Dschebail i. p. i.) et suffraganeus episcopi Theruanensis,

ab a. 1524 simul praepositus in Voormezele. Obiit apoplexia 17. jan. 1533.

Waghenare, 158; Hugo, *A. P.*, I in Praef. et 228; Lienhart, *Ephem.*, 173, U. Berlière, *Les évêques auxiliaires de Thérouanne* in *Revue bénédictine*, XXIV, 1907, p. 62-85; Goov., III, 191.

37. *David Arnot*, ex abbate Tongelandensi in Scotia a. 1509 episcopus *Candidae Casae* (Galloway), † 1526 (iuxta Eubel resignavit 1526 et erat antea abbas O. S. Aug. monasterii de Cambuschineck, dioc. S. Andreae); post resignationem reservata est ei medietas fructuum et regressus.

G. 239; Geudens 42; Goov. IV, 13; Eu. III, 165.

38. *Dietlebus* (Dethlebus, Detleb), princeps stirpis Premyslidicae n. 1122, uti filius Ottonis II., principis Olomucensis, canonicus Strahoviensis iuxta unum, capellanus Danielis I. episcopi Pragensis († 1167) iuxta alterum fontem. A. 1172 verosimiliter nominatus est 10. episcopus *Olomucensis*, consecratus demum 1174. Obiit 4. novemb. (?) 1181. Gerlacus annalista dicit: † initio 1182; Miraeus: † 1181, sepultus Strahoviae, post cuius decessum sedes Olomucensis unum annum vacavit (?). Successor quidem ejus Peregrinus jam 15. maii 1181 Moguntiae consecratur. — Emler, *Necr. Doxan.* habet diem obitus 2. nov. 1182.

MGH., S., XVII, 667, 669; Hun. 10 (*Dietlebum* clero majoris ecclesiae Praeganae adscribens, quod autem non erat necessarium, quia etiam canonicus Praem. capellanus episcopi esse poterat); necrol. Olomucense in *Österr. Archiv.*, t. 59, p. 652; *Friedenfels*, 326; Hugo, *A. P.*, II, 462; Lienhart, *Eph.*, 282 (ad 30. sept.); *Spir.*, 38; Goov., IV, 43; Miraeus, 61; Hauck, IV, 354; G. 286; Cermák, 13 et 17; Weyrauch, 11 et 13; Kraszewski, II, 154 (*Bethlehus*!); Brunner 552; Palacky, I, 259, 263, 407, 424; Zák, *Henrico Zdík*, 156.

39. *Dietlebus* (Dithevus, Dethevus) de Parkentin, jam 1381 canonicus capitularis Raceburgensis, oriundus ex Mecklemburgo, vir nobilis et pius, jam aetate 40 annorum et presbyter, electus est 3. aug. 1395 *Raceburgi* 19. (20.) episcopus, abdicavit 4. Sept. 1395, de novo provisus 1. Oct. 1395, resignavit ante 28. novemb. 1418 et (pont. a. 24) † 11 jan. 1419 in Schönburg. Liberalis erga alios et parcus sibi.

Krantz, *Mitrop.*, I, 10, c. 45, p. 280; Miraeus, 199; Liehart, *Spir.* 37 († 1406), et *Eph.* 353 (ad 23. nov.); Hugo, *A. P.*, II, 605; G. 314, Eu. III, 300, Goov. IV, 279; Masch, 287 et 300; Rickmann, 15; Kreusch, 92; E. J. Westphalen, *Diplom. Raceb.*, c. 1983.

40. *Dietricus I.* (Tidericus, Thydericus), 23. (24.) episcopus *Ha-*

velbergensis (jam 1329 ?), sedebat 1320, obiit post 16. mart. 1341, qua die adhuc scribit litteras. Sub eo synodus a. 1317 celebrata est.

G. 280 ; Eu. I, 282 ; Riedel, II, 409 ; Gams, Lentz, Stiftshistorie, p. 36 et Goov. IV, 11. perperam episcopum nominant Rothe (legas Kotho) quod autem ad Theodericum Kotho, episcopum Brandenburgensem (1347-1365) spectat. Kreusch, 138 (1320-1340) ; Th. Becker, 53.

41. *Dietricus II.* (Deodericus, Dietrich) *Man* (male Mahe ?), e canonico et officiali *Havelbergensi* ibidem 27. episcopus 1370. provisus ab Urbano V. Avioni, 30. jan. 1370, occurrit in litteris adhuc 15 jan. 1385 et † 12. aug. 1385 (lapis sepulchr.). Fuit consiliarius Marchionis Brandenburg. et cancellarius electoris Bavariae. A. 1374. renovavit privilegia oppidi Wittstock, ubi residentia episcopalis erat. Sub hoc episcopo celebre miraculum S. Crucis a. 1383 in Wilsnack factum esse narratur.

G. 281 ; Eu. I, 283 ; Goov. IV, 12 ; Riedel, II, 182 et 410. Freiburger Kirchenlexikon V. 1729. art. Heinrich Tocke. Kreusch 139 (Theodor Mahn, 1370-1384). Th. Becker 54.

Fortsetzung folgt.

Kirchberg a. d. Wild.
Oesterreich.

A. ZAK